292
F91d

UNIVERSITY OF
ILLINOIS LIBRARY
AT URBANA-CHAMPAIGN
CLASSICS

Digitized by the Internet Archive
in 2018 with funding from
University of Illinois Urbana-Champaign Alternates

https://archive.org/details/demarteloucetioe00frie_0

CLr

ACAD. ALB. REGIM. 1877 I.

INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA ALBERTINA

FRIDERICO GUILIELMO

HEREDE MONARCHIAE

ACADEMIAE ALBERTINAE RECTORE MAGNIFICENTISSIMO

PER AESTATEM

ANNO MDCCCLXXVII A. D. IX APRILIS

P. P. O.

INSTITUENDARUM.



PRAEFATUS EST L. FRIEDLAENDER DE MARTE LOUCETIO ET DE JUNONE GRAECA.

REGIMONTI.
TYPIS ACADEMICIS DALKOWSKIANIS.

ACADEMIAE ALBERTINAE PRORECTOR

DR. FELIX DAHN

PROF. P. P. O.

Quod Bergkius olim proposuit, deum principalem Romanorum Martem pro Sole habendum esse (Ztschr. f. Alterthumsk. 1856 p. 143 sq.), id nuper a merita oblivione vindicare novisque argumentis fulcire conatus est W. H. Roscher (Studien z. vgl. Mythol. I. Apollon. u. Mars 1873). Ea autem quae ad interpretationem nominis et cognominum dei pertinent, omnia repetivit a Bergkio. E quibus cognomen Martis Graeci quod est *Κανδάων* vel *Κανδαῖος* eis relinquo, quibus de rebus obscurissimis hariolari videtur operae pretium esse. De radice autem Sanscritica vocabuli quod est Mars, nequaquam constat; sin autem id a radice mar ducendum esse sumimus, nescimus utrum deus interfector an fractor hoc nomine significetur, an splendidus.

Roscherus (oblitus eorum, quae rectissime de universo hoc genere veriloquii observavit praeceptor ejus G. Curtius Grundz. d. Etym.[4] p. 117 sqq.) l. l. p. 19, 27 ultimam significationem praeferendam esse dicit, quippe quae propriae dei naturae accomodatissima sit: ei scilicet, quam ipse cum Bergkio Marti tribuit: jam igitur apparet eum pro certo sumere quod demonstrandum sibi proposuit. Sed maximi momenti esse putat, quod Mars Loucetius dictus sit: hoc cognomine aperte deum lucidum vel luciferum significari, unde etiam Jovem (quem ceteri mythologi cum Ennio hoc sublime candens, Roscherus item Solem esse arbitratur) cognominatum esse Lucetium. Cui cum Eugenius Plewius meus objiceret, hoc argumento uti non licere, quia illud Martis cognomen non inveniatur nisi in titulis recentibus, respondit (Studien z. vgl. Myth. II p. 8) nihilominus id non posse non antiquissimum esse, quia diphthongum $\overline{ou}$ vel $\overline{eu}$ contineat, quarum utraque mature in desuetudinem venerit. Id etiam Corssenum, optimum harum rerum judicem docuisse (Musspr. I[2] 672). Sed et Corssenus et Roscherus cum Bergkio vehementer erraverunt. Nam Loucetius non Latinum vocabulum est sed Celticum. Ex quinque hujus dei titulis qui adhuc, quod sciam, innotuerunt, unus in Britannia inventus est, ceteri in Hassia Cisrhenana et in Nassovia. Henzen — Orelli 5898 (IOVCETIO MARTI [sic] — loco incerto Britanniae). Brambach C. J. Rh 925 (le VCEtIO). 929 et 930 = Henzen 5899 (Marti Loucetio — Marti Leucetio). 1540 (Marti Leucetio). Quem deum in numero numinum Gallicorum ponendum esse, recte intellexisse videtur Orellius ad 1356; nec omisit De Wal in Mythologiae Septentrionalis monumentis epigraphicis latinis, nec Caspar Zeuss in enumeratione vocabulorum Gallicorum quae diphthongos $\overline{eu}$ et $\overline{ou}$ habent (Grammaticae Celticae ed. 2 cur. H. Ebel p. 34 sq.)

Apparet igitur Martem Leucetium vel Loucetium ad idem genus pertinere ac Martem Camluum Beluducadrum Segomonem etc., similitudinemque hujus vocabuli cum cognomine Jovis, quod est Lucetius, mero casui tribuendam esse. Videtur autem deus Parisiorum fuisse, quorum oppidum Julian. Misopog. p. 340 *Λουκετίαν* appellat. Tantum igitur abest, ut hoc exemplo testimoniorum noviciorum in quaestionibus mythologicis adhibendorum auctoritas corroboretur, ut vix luculentiore doceri possit, in quos errores ei incidant, qui ad has quaestiones solvendas testimonia undique corripiunt, nulla temporum naturae originis singulorum ratione habita.

Quae de feriis et cerimoniis Martis Roscherus ad sententiam suam confirmandam attulit, ea omnia aut aeque bene aut etiam melius inde explicantur, quod Mars deus agriculturae fuit. Unum tantum hoc loco tangam. Quod Marti apud Romanos primus anni mensis dicatus fuit, inde, si quidquam, id tantum colligere licet, hunc deum ab eis in summo honore habitum esse, nil ultra. Quod intellexisset Roscherus, si reputasset, mensem primum apud Macedones fuisse *Δῖον*, apud Bithynos *Ἡραῖον*, apud Cyprios *Ἀφροδίσιον*, apud Asianos sub imperatoribus Romanis *Καισάριον*.

Ceterum equidem numquam negavi, ab auctoribus recentioribus interdum fabulas, deorum appellationes, alia ad mythologiam pertinentia tradita esse, quae ex ultima antiquitate repetita sint: posse igitur interdum ea, quae apud recentiores legantur, remotiori aetati originem debere quam ea quae apud antiquiores. Sed idcirco omnia testimonia novicia cum veteribus aequare, quis licere credet? Quomodo Roscherus de hac re sentiat, mihi non liquet: certe inter argumenta, quibus Junonem Graecam deam Lunae antiquitus fuisse, probare studet, etiam id posuit, quod pavo ei sacer fuerit (Studien II p. 30 s.). Fateor me nunquam audivisse, maculas in cauda pavonis a quoquam cum lunulis comparatas esse, sed hoc nihil moror. At pavones, quos sero

p30682

in Graeciam invectos esse constat, vel Polycratis tempore nondum in insula Samo visos esse verisimile est (Hehn Culturpfl. u. Hausth. p. 253 s.). Quis igitur saeculo quinto sacerdotes Samios de antiquissima Junonis natura docuit, quam jam Homeri aetate in oblivionem venisse ipse Roscherus concedit? (l. l. p. 100). Num fortasse in sanctiore quodam templi Samii recessu asservabantur libri de natura deorum Graecoitalice scripti? Ceterum Prellero cauda pavonis coelum non luna sed stellis illustratum significare videtur (cf. Plewii adn. ad ed. 3 p. 137, 1), Forchhammero (Daduchos p. 95) nubes expansas, quia et ipsa expandatur, maculae autem quibus distincta est, vapores. Contra Uschold (Vorhalle der Gr. Gesch. u. Mythol. I 135 s.) pavonem propterea ad lunarem Junonis naturam spectare credit, quia Athenis Kalendis monstratus sit.

Ea ratione quam J. H. Vossius inivit, omnes mythologicas quaestiones solvi posse nequaquam credo; sed hinc initium faciendum esse, ut quoad fieri possit, historia fabularum componatur eaque quasi fundamentum mythologiae substruatur. Ac mihi vetustiorum mythologorum, imprimis Vossii et Lobeckii libros legenti nescio quo pacto antiquus fit animus, et quaedam religio tenet ut quae illi prudentissimi viri rejecerunt, ut pulcherrima inventa mirer. Nam Junonem Graecam Lunam esse complures ante Roscherum proposuerunt, non ei tantum quos enumerat p. 99, sed etiam Uschold, qui in omnibus deabus et heroinis Graecis Lunam agnoscendam esse sibi persuasit (l. l. I 135 ss. II 164 ss.). F. Vaterus autem in libro de Tritone et Euphemo (Kasan 1849), in cujus praefatione se σεληνιασμῷ laborare dicit, Lunam primum et summum numen omnium populorum fuisse affirmat, eamque non dearum tantum personis et nominibus significari, sed etiam deorum (v. c. Jovis, Apollinis) et heroum (v. c. Cyri). Legi etiam Useneri dissertationem *Καλλόνη* inscriptam (N. Mus. Rhen. XXIII 1868), quamquam mihi se non scribere significavit v. d. (ib. XXX [1875] p. 183). Ac reliqua nunc mitto; id tantum dicam, de tribus illis locis, quibus *Καλλόνην* suam aut invenisse aut restituisse sibi videtur, perperam eum judicasse videri non mihi tantum, sed etiam Lehrsio. E quibus primus Aristoph. Pac. 278 quem emendatione egere censet, procul dubio sanus est, alterum Av. 62 infelicissime tentavit, tertii Plat. Conv. p. 206 D. sensum miserrime corrupit.

Ac Roscherus duas tantum sententias de Junonis Graecae natura sibi refutandas esse putavit, eorum qui eam pro terra et eorum qui pro aere habuerunt. Sed haec prius fuere, antequam ex scientia linguae Sanscriticae mythologiae Graecae nova lux affulsit et didicimus, trinis modis nomen deae derivari posse, aut a svar quod est splendere, aut a vasrâ skr. usrâ, quod (lucidam) bovem feminam significat, aut (quod Roscherus proposuit l. l. p 58) a sarv (servare).

Ac Prellerus quidem, radicem svar amplectens, in eis quae de Junone scripsit, miris sane modis duas res dissociabiles confudit et miscuit, aerem nebulosum et coelum innumeris stellarum luminibus splendens. Contra Forchhammerus etiam in novissimo libro (Daduchos 1875 pag. 25) fortiter in sententia sua perstitit, Junonem esse deam nubium. Maximiliano Muellero quin etiam Juno, ut di deaeque omnes, aut auroram significare videatur aut solem aut rem aliquo modo cum sole cohaerentem, non sinunt ea dubitare quae scripsit in praelectionibus de scientia linguarum (Uebers. v. Boetticher II 459). Muelleri sectator George W. Cox, si quidem recte ea intellexi quae de Junone scripsit (Ancient Myth. 1870 II 9 s.): sub hujus deae persona aetherem splendentem agnoscendum esse putat. Nuperrime autem Ernestus Curtius (Preuss. Jahrb. Juli 1875) docuit in Graeciae civitatibus plerisque omnibus unam eandemque deam Semiticam, naturae procreatricem, sub diversis nominibus ac formis cultam esse: hanc Athenis Minervam, Dodonae Dionen, Sami Junonem nominatam esse etc. Ecce sex sententias diversas de Junonis naturae his quadraginta annis propositas; et fortasse non omnes mihi innotuerunt. Quanto laetiores fructus interpretatio fabularum nobis tulit quam veteribus, quorum interpretes duas tantum explicationes lectoribus ad eligendum proponere solebant, scilicet optionem facientes, utrum *ἠθικῶς* an *φυσικῶς* mallent *θεραπεύεσθαι τὸν μῦθον*. Unum est quod doleat: e tot ingeniosissimis opinionibus unam tantum veram esse posse, fortasse omnes esse falsas, brevique fore ut omnes inlacrimabiles ignotaeque urgeantur longa illa nocte, qua nunc urgentur innumerae fabularum interpretationes, olim laudibus effusissimis ad coelum sublatae.

I. SCHOLAE THEOLOGORUM.

Professorum ordinariorum.

HENR. GUIL. ERBKAM, theol. Dr., P. P. O. secundus, Decanus.

I. Publ. Patristicen enarrabit bis p. h. die Martis et Veneris h. IV.

II. Privat. 1) Historiae ecclesiasticae partem priorem enarrabit quinis diebus h. X.

2) Encyclopaediam et methodologiam disciplinarum theologicarum docebit quaternis diebus h. IX.

III. Privatissime et gratis. Seminarii theologici sectionem historicam dirigere perget die Lunae h. V et VI.

JOAN. GEORGIUS SOMMER, theol. Dr., P. P. O. primarius, Facult. Theol. senior.

I. Publ. Introductionem historico-criticam in libros Apocryphos veteris testamenti semel vel vel bis h. IX. tradet.

II. Privat. 1) Librum Jobi quinquies h. VIII interpretabitur.

2) Antiquitates sacras vet. test. quater h. IX docebit.

III. Privatissime et gratis. Seminarii theologici sectionem exegetico-criticam V. T. die Jovis h. V et VI dirigere perget.

HENR. JOAN. MATH. VOIGT, theol. Dr. P. P. O. tertius.

I. Publ. Historiam ecclesiasticam recentioris aevi enarrabit diebus Lunae et Jovis h. IV.

II. Privat. 1) Theologiae dogmaticae partem priorem docebit ternis diebus h. X.

2) Commilitonibus facultatem docendi in scholis publicis sibi comparaturis interpretatione Confessionis Augustanae fidem christianam et historice et dogmatice ter p. h. breviter exponet h. XI.

RUD. FRID. GRAU, theol. et phil. Dr., P. P. O. quartus.

I. Publ. De nonnullis ecclesiae antiquae theologis insignibus disseret semel d. Merc. h. XI.

II. Privat. 1) Epistolam Pauli ad Romanos datam interpretabitur diebus quaternis h. XI.

2) Theologiam biblicam N. T. tradet quinquies h. XII.

III. Privatissime et gratis. Seminarii theologici sectionem exegetico-criticam N. T. die Martis h. V et VI dirigere perget.

JOAN. CAROLUS HERM. JACOBY, theol. Dr., P. P. O. quintus.

I. Publ. De methodo evangelii inter gentes propagandi disputabit die Lunae h. V.

II. Privat. 1) Jus ecclesiae evangelicae tradet quater h. VII.

2) Theologiam homileticam docebit atque historiam orationis sacrae enarrabit quinquies h. VIII.

III. Privatissime et gratis. Exercitationes seminarii homiletico-catechetici moderari perget die Mercurii h. V et VI.

2. *Professoris extraordinarii.*

ALBERTUS HENRICUS ERNESTUS KLOEPPER, theol. Licent.
I. Publ. Jesu Parabolas selectas disputando pertractabit, semel per hebd. die Saturni h. XI.
II. Privat. Pauli apostoli epistolam ad Colossenses datam interpretabitur bis per hebd. dd. Mercurii et Saturni h. XII.

II. SCHOLAE JURISCONSULTORUM.

1. *Professorum ordinariorum.*

JOAN. THEODOR. SCHIRMER, Dr, P. P. O., Decanus.
I. Publ. 1) Exercitationes seminarii juridici exegeticas moderari perget h. def.
2) De jure legatorum disseret dieb. Lun. et Jov. h. III.
II. Privat. 1) Institutiones juris civilis tradet quotidie h. IX.
2) Jus hereditarium Romanorum exponet quotidie h. VIII.
FELIX DAHN, Dr., P. P. O.
I. Publ. Exercitationes in seminario juris germanici semel h. VI pomer. habebit.
II. Priv. 1) Historiam juris germanici et systema juris feudorum quinquies h. XI tradet.
2) Jus commercii, cambii et commercii maritimi Germanorum quinq. h. XII.
3) Jus publicum regni Borussici quinquies h. V.
CAROL. EDUARD. GUETERBOCK, Dr. P. P. O.
I. Publ. 1) Jus familiae et hereditarium Borussicum docebit die Saturni h. X.
2) In seminario juridico exercitationes instituet h. c.
II. Privat. 1) Processum civilem juris hodierni tam Germanici quam Borussici quotidie h. IX docebit.
2) Processum criminalem juris hodierni Germanici nec non Borussici quinquies per hebd. h. X tradet.
PAULUS KRUEGER, Dr. P. P. O.
I. Publ. In seminario Gaii institutiones interpretabitur die Mercurii h. VI—VIII.
II. Privat. Pandectas docebit quotidie hora IX—XI.
GEORGIUS PHILLIPS, Dr, P. P. O.
I. Publ. In seminario juridico speculum Saxonicum binis horis interpretabitur.
II. Privat 1) Jus gentium d. Lunae, Martis, Jovis, Veneris h. XI—XII tradet.
2) Conversatorium de jure Germanico privato die Sat. h. XI—I instituet.
FRID. DAN. SANIO, Dr., P. P. O. ICtorum Senior.
Non leget.

2. *Professoris extraordinarii.*

CAROL. MICH. SALKOWSKI, Dr., P. P. E.
I. Publ. 1) Jus familiae exponet bis h. c.
2) Exercitationes exegeticas moderabitur h. def.
II. Privat. Pandectas tradet quotidie h. IX—XI.

III. SCHOLAE MEDICORUM.

1. *Professorum ordinariorum.*

MAX JAFFE, Dr., P. P. O., Decanus.

I. Publ. Artem formulas medicas rite concinnandi docebit semel per hebd.

II. Privat. Chemiam physiologicam et pathologicam tradet una cum exercitationibus analyticis quinquies p. hebd. h. V—VI.

III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio medico-chemico et pharmacologico habebit.

HUGO HILDEBRANDT, Dr. P. P. O.

I. Publ. Policlinicum gynaceologicum moderabitur quotidie h. IX—X.

II. Privat. 1) Operationes obstetricias docebit et exercitationes earum in phantomate instituet ter per hebd. h. IV—V.

2) Clinicum et policlinicum obstetricium atque gynaecologicum moderabitur quinquies p. h. h. VIII—IX.

GEORGIUS HIRSCH, Dr., P. P. O.

Non leget.

JULIUS JACOBSON, Dr., P. P. O.

I. Publ. 1) Ophthalmologiae partem alteram docebit bis p. hebd.

2) Perscrutationem physicalem oculi docebit bis p. hebd.

II. Privat. Clinicum et policlinicum ophthalmologicum diriget quinquies p. hebd. h. XI—XII.

CAROLUS KUPFFER, Dr., P. P. O.

I. Publ. Anatomiam et histologiam organorum sensuum tractabit bis per hebd.

II. Privat. 1) Neurologiam docebit quater p. hebd. h. IX.

2) Embryologiam vertebratorum explicabit dieb. Mart., Merc., Jov., Ven. h. XII.

B. NAUNYN, Dr. P. P. O.

I. Publ. Policlinicen medicam moderabitur quotidie hora XI—XII.

II. Priv. 1) Clinicen medicam diriget quotidie hor. IX½—XI.

2) Pathologiam et therapiam specialem docebit dd. Jov., Merc. et Ven. dd. hor. VI—VII (vespert).

ERNEST. NEUMANN, Dr. P. P. O.

I. Publ. Anatomiam pathologicam organorum motus h. VII—VIII die Saturni tradet.

II. Privat. Histologiam pathologicam h. XI—XII d. Martis, Mercurii et Vener.

III. Privatissime. 1) Cursum microscopicum h. VIII—IX½ d. Mercur. et Sat., h. III½ — V d. Jov. instituet.

2) Cursum obductionum h. c.

CAROLUS SCHOENBORN, Dr. P. P. O.

I. Publ. De herniis disseret die Saturni h. VIII—IX½.

II. Privat. Clinicen et policlinicen chirurgicam moderabitur quinquies p. hebd. h. XII—II.

III. Privatissime. Cursum operationum chirurgicarum instituet ter per h. dieb. Mart., Jov., Ven. h. VI—VIII matutinis.

GUILIEL. de WITTICH, Dr., P. P. O.

I. Publ. Repetitorium physiologiae diriget semel per hebd.

II. Privat. 1) Physiologiam experimentalem systematis nervosi quater p. h. tradet h. VIII—IX.

2) Physiologiam experimentalem auditus, vocis necnon linguae docebit bis p. hebd. h. VIII—IX.

III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio physiologico diriget quotidie.

2. *Professorum extraordinariorum.*

AEMIL. BERTHOLD, Dr., P. P. E.
I. Publ. 1) Theoriam ophthalmoscopii docebit semel per hebd.
2) Policlinicen otiatricam moderabitur bis per hebd.
II. Privat. Exercitationes practicas usus ophtalmoscopii instituet bis per hebd.

HENRICUS BOHN, Dr., P. P. E.
I. Publ. De morbis cutaneis ter per hebd. cum demonstrationibus disseret.
II. Privat. De vaccinatione cum exercitationibus semel per hebd.

A. W. GRUENHAGEN, Dr. P. P. E.
I. Publ. De vi atque natura caloris et de calore animalium disseret semel per hebd.
II. Privat. Histologiam et histochemiam docebit quater per hebd.
III. Privatissime. Cursum microscopicum quater p. hebd. habebit.

F. W. A. de HIPPEL, Dr. P. P. E.
I. Publ. De morbis musculorum oculi disseret semel per hebd. h. V—VI.
II. Privatissime. 1) Exercitationes usus ophthalmoscopii diriget bis per hebd. h. V—VI.
2) Exercitationes practicas operationum in oculo faciendarum instituet bis per hebd. hor. defin.

S. PINCUS, Dr., P. P. E.
I. Publ. 1) Medicinam forensem tradet una cum demonstrationibus in sectionibus cadaverum jussu judiciorum faciendis bis p. h.
2) Curam sanitatis publicam (Medicinalpolizei) in morbis contagiosis epidemicis adhibendam tradet cum exercitationibus vaccinationis semel vel bis h. c.
II. Privat. Repetitorium medicinae forensis instituet cum casuistica medicorum forensium conjunctum semel p. h.

S. SAMUEL, Dr., P. P. E.
Publ. 1) Therapiam generalem ter per hebd. h. IV—V tradet.
2) Cursum Vivisectionum semel per hebd. III—V.

F. R. A. SCHNEIDER, Dr., P. P. E.
I. Publ. Chirurgiam militarem bis per hebd. tradet.
II. Privat. Chirurgiae generalis partem alteram ter per hebd. tradet.

3. *Doctorum privatim docentium.*

BERTHOLD BENECKE, Dr.
I. Gratis. De photographiae in anatomia microscopica et in embryologia usu disseret et experimenta photographica instituet semel per hebd.
II. Privat. 1) Osteologiam et syndesmologiam corporis humani docebit ter per hebd.
2) Anatomiam chirurgicam capitis et trunci explicabit ter per hebd.
III. Privatissime. Cursum anatomiae humanae commilitonibus offert.

E. BUROW, Dr.
I. Gratis. Laryngoscopiam cum demonstrationibus practicis semel p. hebd. docebit.
II. Privat. Policlinicen propaedeutico-chirurgic. cum exercitationibus in aegrotis bis per hebd. moderabitur.

J. CASPARY, Dr.
Privat. Syphilidologiam docebit bis per hebd.

FR. MESCHEDE, Dr.
I. Gratis. Historiam psychiatriae tradet semel p. hebd. h. def.
II. Privatissime. Capita selecta psychiatriae practicae cum demonstrationibus tradet bis per hebd. h. def.

THEODORUS PETRUSCHKY, Dr.

I. Gratis. Medicinam forensem cum demonstrationibus practicis tradet d. Lun. et Jov. h. IV—V.

II. Privat. Hygienam docebit et de legibus Germanicis ad sanitatem publicam servandam ferendis disseret die Veneris h. IV—V.

III. Privatissime. Exercitationes practicas medico-forenses instituet horis definiendis.

CAROL. JOH. SEYDEL, Dr

Gratis. 1) De morbis mulierum bin. hh. per hebd. disseret.

2) De morbis puerperarum semel per hebd.

IV. SCHOLAE PHILOSOPHORUM.

1. *Professorum ordinariorum.*

H. RITTHAUSEN, Dr., P. P. O., Decanus.

I. Publ. De lacte animalium semel p. hebd. disseret.

II. Privat. Chemiam anorganicam senis p. hebd. hh. docebit.

III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio chemico quotidie diriget.

M. BAUER, Dr. P. P. O.

I. Publ. Demonstrationes et exercitationes geologicas instituet semel per hebd. hor. defin.

II. Privat. 1) Geologiam docebit quinquies per hebd. h. VIII—IX.

2) Crystallographiam docebit bis per hebd. hor. defin.

ROBERTUS CASPARY, Dr., P. P. O.

I. Publ. Exercitationes botanicas microscopicas bis p. hebd. instituet hh. constituendis.

II. Privat. 1) Botanicen generalem i. e. principia morphologiae, anatomiae et taxologiae microscopicis demonstrationibus et excursionibus dilucidata, tradet senis per hebd. hh. h. VIII—IX. Excursiones instituet hh. postmer. die Saturni.

2) Plantas officinales ter p. h. tradet die Lun., Jov. et Ven. h. IX—X.

LUD. FRIEDLAENDER, Dr., P. P. O.

I. Publ. 1) In seminario philologico exercitationes Homericas instituet et ceteris exercitationibus praeerit dd. Merc et Sat. h. IX—X.

2) Exercitationes epigraphicas instituet semel h. c.

II. Privat. Epigraphicen Graecam et Romanam docebit quater h. IX—X.

THEODORUS BARO de GOLTZ, Dr., P. P. O.

I. Publ. De rationibus in administratione rurum putandis semel tractabit.

II. Privat. 1) Encyclopaediam doctrinae ruralis tradet binis horis.

2) Rurum aestimationem docebit quater p. h.

CAROLUS GRAEBE, Dr. P. P. O.

Non leget.

ERN. AUG. HAGEN, Dr., P. P. O.

I. Publ. 1) De celeberrimis huius saeculi sculptoribus disseret bin. dd. Merc. et Sat. h. XI.

2) Tabulas Dureri, Cranachii et Holbeinii pictorum describet bin. dd. Merc. et Sat. h. XII.

II. Privat. Opera praecipuorum artificum explicabit bin. dd. Mart. et Ven. h. XII.

LEOP. FRID. ILSE, Dr., P. P. O.

Non leget.

H. JORDAN, Dr., P. P. O.

I. Publ. 1) Ciceronis legum libros in seminario enarrandos proponet ceterasque exercitationes bis p. h. sollemni more instituet.

2) Hyperidis orationes enarrabit semel d. Merc. h. XII—I.

II. Privat. Antiquitates sacras populi Romani gentiumque Italicarum docebit quat. h. X—XI.

ALPHONSUS KISSNER, Dr., P. P. O

I. Publ. Miltoni carmen inscriptum „Paradise lost" bb. hh. interpretabitur.

II. Privat. Grammaticam Romanicam tradet quinis hh.

C. LEHRS, Dr., P. P. O.

Publ. 1) Historiae litterarum Graecarum partem priorem usque ad Aristotelem tradet quater p. h.

2) Syntaxis Graecae capita selecta bis p. h.

ED. LUTHER, Dr., P. P. O.

I. Publ. Astronomiam theoreticam docebit bis per hebd.

II. Privat. Geodaesiam tractabit quaternis per hebd. hh. d. Merc. et Saturn. h. IX—XI.

LUD. FERDIN. MOSER, Dr., P. P. O.

Non leget.

G. H. FERD. NESSELMANN, Dr. P. P. O.

I. Publ. 1) Interpretationem textuum Sanscriticorum bin. horis instituet.

2) Interpretationem textuum Arabicorum bin. horis.

II. Privat. 1) Initia linguae Sanscriticae bin. hh. tradet.

2) Initia linguae Arabicae bin. hh.

FRANC. NEUMANN, Dr., P. P. O. Ordinis Philos. Senior.

Publ. Capita selecta physices mathematicae explicabit dd. Lun. et Jov. h. XI.

CAROL. FRID. ROSENKRANZ, Dr., P. P. O.

Non leget.

FRANCISCUS RUEHL, Dr., P. P. O.

I. Publ. Chronologiam medii aevi docebit semel p. h. h. XII.

II. Privat. De rebus gestis populi Romani inde a bello cum Pyrrho rege gesto quat. p. h. h. XII.

III. Privatissime. Exercitationes seminarii historici moderari perget.

OSCAR SCHADE, Dr., P. P. O.

I. Publ. Exercitationes interpretandi monumenta theotisca seculi XIII instituet bis p. hebd. die Lunae et Jovis hor. VI—VII

II. Privat. Otfridi libri evangeliorum selecta capita et monumenta minora poetica sec. IX interpretabitur quinquies p. hebd. h. VIII—IX.

LUD. AUG. SIMSON, phil. et theol. Dr., P. P. O.

Publ. Librum Geneseos interpretabitur quinquies vel sexies p. hebd. h. X.

H. SPIRGATIS, Dr., P. P. O.

I. Publ. Toxicologiam semel per hebd. tractabit.

II. Privat. 1) Chemiae experimentalis partem I quinquies p. h. tradet.

2) Chemiam pharmaceuticam ter per hebd. h. X exponet.

III. Privatissime. Exercitationes practicas in laboratorio diriget h. c.

CAROLUS UMPFENBACH, Dr. P. P. O.

I. Publ. De politica vi peculiaris europaearum nationum naturae disseret h. IX—X.

II. Privat. 1) Scientiam financiae tradet quinquies p. hebd. h. VIII—IX.

2) De ordinatione magistratuum et officiorum in imperio Germanico et regno Borussico bis p. hebd. h. IX—X.

HERMANNUS WAGNER, Dr., P. P. O.

I. Publ. Exercitationes geographicas moderabitur semel p. h.

II. Privat. Geographiam Europae docebit quinquies p. h. h. XI—XII.

J. WALTER, Dr., P. P. O.
I. Publ. Historiam philosophiae medii aevi enarrabit bis p. h.
II. Privat. Logicam exponet quaternis diebus.
H. WEBER, Dr., P. P. O.
I. Publ. 1) In seminario mathematico exercitationes analyticas diriget.
2) Theoriam functionum Abelianarum docere perget.
II. Privat. Theoriam integralium definitorum exponet senis p. h. h.
G. ZADDACH, Dr. P. P. O.
I. Publ. Avium historiam naturalem enarrabit bis p. hebd. dd. Merc. et Sat. h. X.
II. Privat. Zoologiam docebit senis dd. h. IX.
III. Privatissime et gratis. Exercitationes et repetitiones zoologicas instituet binis h. c.

2. *Professorum extraordinariorum.*

H. BLUEMNER, Dr. P. P. E.
I. Publ. Exercitationes archaeologicas instituet semel p. h.
II. Privat. Historiam sculpturae Graecae post Phidiam tradet quater vel quinquies p. h.
III. Privatissime et gratis. Exercitationes interpretandi libros Plinii ad artem spectantes instituet.
FR. KURSCHAT, V. D. Min. P. P. E.
Publ. 1) Seminarium littuanicum bis per hebd. dirigere perget.
2) Linguae littuanicae grammaticam docebit ter per hebd.
A. de LIEBENBERG, Dr, P. P. E
I. Publ. 1) Exercitationes usus microscopii in rebus oeconomicis bis p. hebd. instituet.
2) Excursiones oeconomicas et demonstrationes h. def. habebit.
II. Privat. 1) Agriculturam specialem docebit ter p. hebd.
2) Pecuariam rem specialem tractabit bis p. hebd.
3) Pathologiam plantarum semel p. hebd.
HENR. CAROL. LOHMEYER, Dr., P. P. E.
I. Publ. Exercitationes diplomaticas diriget die Sat. h. VI—VIII.
II. Privat. Quae in Marchia Brandenburgica et finitimis Germaniae territoriis per mediam aetatem gesta sint, narrabit quater p. h., diebus Lun., Mart, Jov., Ven. h. XI.
RICHARDUS QUAEBICKER, Dr. P. P. E.
I. Publ. Disputationes philosophicas moderabitur semel per hebd. h. def.
II. Privat. Historiam recentioris philosophiae inde a Cartesio usque ad tempora nostra enarrabit, quater vel quinquies per hebd h. VII mat.
JOAN. GEORG. ROSENHAIN, Dr., P. P. E.
I. Publ. De determinantibus disseret, die Mart. h. h. IX—XI.
II. Privat. Calculum differentialem docebit d. Lun. et Jov. h. IX—XI.
L. SAALSCHUETZ, Dr. P. P. E.
I. Publ. Calculi integralis partem alteram docebit bin. vel ternis horis p. hebd.
II. Privat. De theoria machinarum disseret bin. h. per hebd.
W. VOIGT, Dr., P. P. E.
I. Publ. Exercitationes analyticas in seminario physico-mathematico diriget semel p. h. h. XI—I.
II. Privat. 1) Theoriam fluidorum electricorum docere perget bis p. h. h. XI—I.
2) Physicen experimentalem (II. partem) tradet bis p. h. h. IV—V.
III. Privatissime. Exercitationes practicas instituet h. c.

3. *Doctorum privatim docentium.*

E. ARNOLDT, Dr.
Gratis. In Kantii doctrinam categoriarum auditores introducet bis per hebd.

A. JENTZSCH, Dr.
Gratis. 1) Excursiones geologicas instituet.
2) Exercitationes formas terrarum delineandi instituet.
C. de KALCKSTEIN, Dr.
I. Gratis. 1) Historiam Alexandri magni enarrabit bis per hebd.
2) Exercitationes de fontibus medii aevi prioribus instituet semel p. hebd.
II. Privat. Historiam rerum in Anglia commutatarum praemissa introductione de prioribus rebus gestis Anglicis enarrabit ter p. hebd.
HUGO MERGUET, Dr.
Privat. Encyclopaediam grammaticae comparativae bb. hh. tradet.
H. SALKOWSKI, Dr.
Privat. 1) Chemiae experimentalis partem alteram sive organicam docebit quinquies p. h.
2) Exercitationes practicas in laboratorio quotidie moderabitur.
THEODORUS F. A. WICHERT, Dr.
I. Gratis. Taciti Germaniam explicabit bis per hebd.
II. Priv. Res Germanicas enarrabit inde ab initiis populi germanici usque ad tempora Heinrici IV et V imperatorum ter p. h.

H. PELKA, V. D. Min.
Gratis. Seminarium Polon. diriget quater p. hebd.

V. LECTORES.

E. RICHTER, Dr., Veterinarius.
I. Gratis. 1) De morbis epizooticis disseret binis hh. p. hebd.
2) Exercitationes practicas animalia domestica aegrota curandi bis p. hebd.
II. Privat. Pathologiam generalem docebit semel p. hebd.
E. NEUMANN, Veterinarius.
Gratis. De morbis externis animalium domesticorum disseret semel p. hebd.

VI. ARTIUM MAGISTRI.

HEINRICH.
Gratis. Tachygraphiam Germanicam secundum Gabelsbergerum docebit et quidem 1) Verborum formationem et breviationem bis per hebd., 2) Breviationem syntacticam et logicam bis per hebd.
LAUDIEN,
Gratis. 1) Artem organis canendi b. hh. tradet.
2) Doctrinam harmoniarum tradet.
3) Constructionem organorum semel docebit.
4) Exercitationes canendi diriget semel p. h.
H. KEPPNER, Dr. Artem rudibus battuendi docebit.
O. STOIGE, Artem saltandi docebit.

VII. PUBLICA DOCENDI DISCENDIQUE SUBSIDIA.

Bibliotheca Regia Academ. legentibus quotidie hh. X — III, libros petentibus et reddentibus quotidie hh. XI — I patet; Academica minor civium acad. usui accommodata dd. Lun. et. Ven. hh. II—V.
Speculae astronomicae praeest Prof. Dr. LUTHER.
Museo zoologico Prof. Dr. ZADDACH.
Horto botanico praefectus est. Prof. Dr. CASPARY.
Nummophylacium acad. a Professor Dr. NESSELMANN, collectio mineralium a Professore Dr. BAUER inspicitur. Gypso confecta statuarum antiq. apographa visuri Professorem Dr. BLUEMNER adeant.
Institutum medico clinicum et policlinicum diriget Prof. NAUNYN.
Institutum chirurgico-clinicum, policlinicum et ophthalmiatricum diriget Prof Dr. SCHOENBORN.
Institutum anatomicum diriget Prof. Dr. KUPFFER.
Institutum pathologico-anatomicum diriget Prof. Dr. NEUMANN II.
Apparatui instrumentorum, machinarum et phantomatum ad artem obstetriciam pertinentium in maiocomio regio praeest Prof. Dr. HILDEBRANDT.
Institutum physiologicum diriget Prof. Dr. de WITTICH.
Laboratorium chemicum Prof. Dr. GRAEBE.
Laboratorium chemicum usui pharmaceutarum accommodatum Prof. Dr. SPIRGATIS.
Institutum eruditioni agricultorum destinatum Prof. Dr. B. de GOLTZ.
Laboratorium chemicum eorundem usui accommodatum Prof. RITTHAUSEN.
Institutum clinicum veterinarium Dr. RICHTER.

VIII. SEMINARIA.

Seminarii theologici sectionis exegetico-criticae V. T. Director est Prof. Dr. SOMMER; sectionem historicam diriget Prof. Dr. ERBKAM; sectionem exegetico-criticam N. T. reget Prof. Dr. GRAU. Seminarii homiletici Director est Prof. Dr. JACOBY.
Seminarium littuanicum reget V. D. Min. KURSCHAT.
Seminarium polonicum reget V. D. Min. PELKA.
Seminarii iuridici sectiones dirigent Professores ordinarii ordinis iureconsultorum. vid. supra.
Seminarium philologicum Proff. Dr. FRIEDLAENDER et Dr. JORDAN dirigent.
Seminarium historicum diriget Prof. Dr. RUEHL.
Seminarium math. et phys. Proff. Dr. WEBER et W. VOIGT dirigent.

SCHOLAE HORARUM ORDINE DESCRIPTAE.

HORAE.	I. THEOLOGORUM.	II. JURISCONSULTORUM.	III. MEDICORUM.	IV. PHILOSOPHORUM.
VI—VII.	. . . .	. . . .	*Schoenborn*, operation. chirurg. (3).	. . . .
VII—VIII.	*Jacoby*, jus eccles. evang. (4).	. . . .	*Neumann*, anat. pathol. organ. (1). *Schoenborn*, operatt. chirurg. (3).	*Quaebicker*, hist. recent. philos, (4 vel 5).
VIII—IX.	*Sommer*, libr. Jobi (5). *Jacoby*, theol. homilet. (5).	*Schirmer*, jus hered. Rom. (6).	*Hildebrandt*, clinic. et policlinic. obstetr. (5). *de Wittich*, physiolog. experiment. nerv. (4); *Id.*, phys. auditus (2).	*Bauer*, geolog. (5). *Caspary*, botan. general. (6). *Schade*, Otfridi libr. evangel. (5). *Umpfenbach*, scient. financ. (5).
VIII—IX½.	. . . .	. . . .	*Neumann*, curs. microsc. (2). *Schoenborn*, de herniis (1).	. . . .
IX—X.	*Erbkam*, encyclopaed. disciplin. theol. (4). *Sommer*, in libr. Apocryph. V. T. introduct. hist. crit. (1 vel 2); *Id.*, antiquitt. V. T. (4).	*Schirmer*, institut. jur. civ. (6). *Gueterbock*, process. civ. jur. germ. et boruss. (6). *Krüger*, pandectas (6). *Salkowski*, pandectas (6).	*Hildebrandt*, policl. gynaecol. (6). *Kupffer*, neurolog. (4).	*Caspary*, plantas officinal. (3). *Friedlaender*, exerc. homer. (2); *Id.*, epigraphic. graec. et rom. (4). *Luther*, geodaes. (2). *Umpfenbach*, de polit. vi pec. europ. nationum (1); *Id.*, de ordinat. magistrat. et officior. (2). *Zaddach*, zoolog. (6). *Rosenhain*, de determin. (1); *Id.*, calcul. different. (2).
IX½—XI.	. . . .	. . . .	*Naunyn*, clin. med. (6).	. . . .
X—XI.	*Erbkam*, hist. eccl. I. (5). *Voigt*, theol. dogmat. I. (3).	*Gueterbock*, jus familiae et hered. Boruss. (1); *Id.*, process. crimin. jur. germ. (5). *Krüger*, pand. (6). *Salkowski*, pandect. (6).	. . . .	*Jordan*, antiquitt. sacras Rom. (4). *Luther*, geodaes. (2) *Simson*, libr. Genes. (5 vel 6). *Spirgatis*, chem. pharmac. (3). *Zaddach*, avium hist. nat. (2). *Rosenhain*, de determinant. (1); *Id.*, calcul. different. (2).
XI—XII.	*Voigt*, Conf. August. (3). *Grau*, de eccles. antiq. theol. insign. (1); *Id.*, Pauli ad Rom. epist (4). *Kloepper*, parabol. select. (1).	*Dahn*, hist. jur. germ. (5). *Phillips*, jus gent. (4); *Id*, conversat. de jure germ. priv. (1).	*Jacobson*, clin. et policlin. ophthalm. (5). *Naunyn*, policlin. med. (6). *Neumann*, histol. path. (3).	*Hagen*, de celeberr. saec. XIX. sculptor. (2) *Neumann*, phys.-math. (2). *Wagner*, geograph. Europae (5). *Lohmeyer*, hist. Brandenburg. p. med. aev. (4). *Voigt*, exerc. analyt. (1); *Id.*, theor. fluid. electr. (2).
XII—I.	*Grau*, theol. bibl. N. T. (5). *Kloepper*, Pauli epist. ad Coloss. (2).	*Dahn*, jus comm. camb. etc. germ. (5). *Phillips*, de jure germ. priv. (1).	*Kupffer*, embryolog. vertebrat. (4). *Schoenborn*, clinic. et policlin. chirurg. (5).	*Hagen*, de tabulis Dureri etc. (2); *Id.*, opera praecip. artific. (2). *Jordan*, Hyperid. orat. (1). *Voigt*, exerc. analyt. (1); *Id.*, theor. fluid. electr. (2). *Ruehl*, hist. Rom. (4); *Id.*, chronol. (1).
I—II.	. . . .	. . . .	*Schoenborn*, clin. et policlin. chirurg. (5).	. . . .
III—IV.	. . . .	*Schirmer*, de jure legat. (2).	*Samuel*, curs. vivisect. (1).	. . . .

HORAE.	I. THEOLOGORUM.	II. JURISCONSULTORUM.	III. MEDICORUM.	IV. PHILOSOPHORUM.
$III^1/_2$—V.	. . . .	. . . .	*Neumann*, curs. microsc. (1).	. . . .
IV—V.	*Erbkam*, patrist. (2). *Voigt*, hist. eccl. recent. (2).	. . . .	*Hildebrandt*, operatt. obstetr. (3). *Samuel*, therap. general (3); *Id.*, curs. vivisect. (1). *Petruschky*, med. forens. (2); *Id.*, hygien. (2).	*Voigt*, physic. experiment. II. (2).
V—VI.	*Erbkam*, semin. theol. sect. hist. (1). *Sommer*, sem. theol. sect. exeg. crit. V. T. (1). *Grau*, sem. theol. sect. exeget. crit. N. T. (1). *Jacoby*, de methodo evang. propag. (1); *Id.*, exerc. homilet. catech. (1).	*Dahn*, jus publ. regni Borniss. (5).	*Jaffe*, chem. physiol. et pathol. (5). *de Hippel*, de morb. muscul. oculi (1); *Id*, exerc. ophth. (2).	. . . .
VI—VII.	*Erbkam*, sem. theol. sect. hist. (1). *Sommer*, sem. theol. sect. exeget.-crit. V. T. (1). *Grau*, sem. theol. sect. exeget.-crit. N. T. (1). *Jacoby*, exerc. sem. homilet.-catech. (1).	*Dahn*, exerc. jur. germ. in sem. (1). *Krüger*, in sem. Gaii Inst. (1).	*Naunyn*, path. et therap. special. (3).	*Schade*, exerc. interpr. monum. theotisc. saec. XIII. (2). *Lohmeyer*, exerc. diplomat. (1).
VII—VIII.	. . . .	*Krüger*, in semin. Gaii Instit. (1).	. . . .	*Lohmeyer*, exerc. diplom. (1).
Defin.	. . . .	*Schirmer*, in sem. exerc. exegetic. *Gueterbock*, in sem. exerc. *Phillips*, in sem. speculum Sax. (2). *Salkowski*, jus familiae (2); *Id.*, exerc. exeget.	*Jaffe*, art. formul. med. concinn. (1); *Id.*, exerc. pract. in laborat. med. chem. *Jacobson*, ophth. II. (2); *Id.*, perscrut. physic. oculi (2). *Kupffer*, anat. et histol. organ. sens. (2). *Neumann*, curs. obduct. *de Wittich*, repetitt. physiol. (1); *Id.*, exerc. pract. in laborat. (6). *Berthold*, theor. ophth. (2). *Bohn*, de morb. cutaneis (3); *Id.*, de vaccinat. (1). *Gruenhagen*, de nat. caloris (1); *Id.*, histolog. et histochem. (4); *Id.*, curs. microscop. (4). *de Hippel*, exerc. pract. operatt. oculi (2). *Pincus*, med. forens. (2); *Id.*, de cura sanitat. publ. (1 vel 2); *Id.*, repetitt. med. forens (1). *Schneider*, chir. milit. (2); *Id.*, chir. general. II. (3). *Benecke*, exper. photograph. (1); *Id.*,	*Ritthausen*, de lacte animal. (1); *Id.*, chem. anorgan. (6); *Id.*, exerc. pract. in lab. chem. (6). *Bauer*, exercit. geolog. (1); *Id.*, crystallogr. (2). *Caspary*, exerc. bot. microsc. (2). *Friedlaender*, exerc. epigraph. (1). *de Goltz*, de administr. rurum (1); *Id.*, encyclopaed. doctrin. rural. (2); *Id.*, rur. aestim. (4). *Jordan*, Cic. leg. libros (2). *Lehrs*, hist. litt. graec. I. (4); *Id.*, syntax. graec. (2). *Luther*, astronom. theoret. (2). *Nesselmann*, interpret. text. sanscrit. (2); *Id.*, interpr. text. arab. (2); *Id*, initia ling. sanscr. (2); *Id.*, initia ling. arab. (2). *Ruehl*, exerc. in sem. hist. *Spirgatis*, toxicol. (1); *Id.*, chem. experim. I. (5); *Id.*, chem. pharmaceut. (3); *Id.*, exerc. practic. in laborat. *Wagner*, exerc. geograph. (1). *Walter*, hist. philos. med. aetat. (2); *Id*, logic. (4). *Weber*, in sem. math. exerc. analyt.; *Id.*, theor. funct. Abelianarum; *Id.*, theor. integral. definitorum (6). *Zaddach*, exerc. et repetitt. zoolog.

HORAE.	I. THEOLOGORUM.	II. JURISCONSULTORUM.	III. MEDICORUM.	IV. PHILOSOPHORUM.
			osteolog. et syndesmol. corp. hum. (3); *Id.*, anat. chir. (3); *Id.*, curs. anat. offert. *Burow*, laryngoscop. (1); *Id.*, policlin. propaed.-chirurg. (2). *Caspary*, syphilidolog. (2). *Meschede*. hist. psychiatr. (1); *Id.*, psychiatr. pract. (2). *Petruschky*, exerc. pract. med.-forens. *Seydel*, de morb. mulierum (2). *Id.*, de morb. puerper. I (1).	(2). *Kissner*, Gramm. Roman. (5); *Id.*, Paradise lost. (2); *Bluemner*, histor. plast. graec. (4—5); *Id.*, exercit. archaeol. (1); *Id.*, exerc. Plinian. *Kurschat*, sem. lituan. (2); *Id.*, ling. lituan. gramm. (3). *de Liebenberg*, exerc. microscop. (2); *Id.*, excurs. oecon. et demonstr. *Id.*, agricult. special. (3); *Id.*, pecuar. rem special. (2); *Id.*, pathol. plant. (1). *Quaebicker*, disput. philos. (1). *Saalschütz*, calculi integral. II. (2 vel 3); *Id.*, de theor. machinae (2). *Voigt*, exercit. pract. *Arnoldt*, in Kantii doctrin. categ. introd. (2). *Jentzsch*, excurs. geolog.; *Id.*, exerc form. terrar. del. *de Kallstein*, hist. Alexand. M. (2); *Id.*, exerc. de font. [illegible] aevi prior (1); *Id.*, de prior. reb. gest. Angl. (3). *Merguet*, encyclopaed. gramm. comp. (2). *Salkowski*, chem. experim. II. (5); *Id.*, exerc. pract. in lab. (6). *Wichert*, Tac. Germ. (2); *Id.*, res germ. usque ad aetat. Henr. IV. (3). *Pelka*, sem. Pol. (4). *Richter*, de morb. epizoot. (2); *Id.*, curam morb. animal. domestic. (2); *Id.*, patholog. general. (1). *Neumann*, de morb. extern. animal. domest. (1).

UNIVERSITY OF ILLINOIS-URBANA
292F91D C001
DE MARTE LOUCETIO & DE JUNONE GRAECA REG
3 0112 023587840